
Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 187

, 437.



Cod: CLXXXVII.

Chartac: Fol: maj: Saec: 15. 2. 2.M.

1.

Clementis V. Pp: Constitutiones cum Apparatu Joannis Andreæ.

1a–56a

Clementis V. Papæ Constitutiones vulgo Clementinæ dictæ, sive Liber Septimus Decretalium divisus in libros quinque, cum Apparatu Joannis Andreæ Jcti Bononiensis: Promulgatæ sunt hæ Constitutiones a Clementis Successore Joanne XXII. ao 1317, cujus epistola ad doctores Bononienses caput primum de Summa Trinitate &c præcedit. Initium hujus epistolæ est: "Joannes episc: &c: Quoniam nulla juris sanctio. Apparatus autem, seu Commentarius Andreæ incipit: Johannes gratiosum hoc nomen". Folio primo, quod est membraneum, et Clementem V. Concilio Viennensi præsidentem exhibet, legitur: "Johannes Andreæ Glosator voluminis hujus". Ante capitulum ultimum de verborum significatione extat famosa illa Clementis declaratio in regulam Fr: Minorum, quæ incipit: "Exivi de Paradiso;" et quam exhibet Waddingus in Annal: Min: T: VI. p: 202. Possidet Bibliotheca nostra Clementinarum cum Joann: Andreæ Comentario binam editionem, eamque perrarum: unam Petri Schoffer Moguntiæ 1476; alteram ejusdem anni Basilensem Michaelis Wenssler, quas vide in Antigg. typograph: Biblioth: Seitenstet, tensis. Ad Calcem Codicis legitur: "Nomen scriptoris si tu cognoscere velis Cognomen pariter Jacobus sit tibi puer".

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 187

, 438.

Clemens V. antea Bertrandus Gotto, Gallus primus Sedem Roma Avenionem transtulit, obiitque aò 1314. De hoc accurate Baluzius in Vitis Avenionensibus. De Joann: Andrea diximus in Cod: CXXVI. num: 1.

2

Nicol: Panormitani Comentaria in Clementinas

57a-78b

Nicolai Panormitani Commentaria in Clementinas. Rubricâ praemittitur haec: Cum quibusdam allegationibus alys occurrentibus Nota /sic/ digne collecte per dominum Nycolaum siculum monacensem Abbatem dignissimum Nunc vero Archiepiscopum panormitanum. Proemium incipit: Appellatione juris venit civile canonicum et synodale seu municipale. Codex hic coeterosquin /: uti et precedentis numeri: elegantissime scriptus in fine mutilus est.

Nicolaus de Tudeschis, communiter Panormitanus, natione Siculus, Ord: S: Be, nedicti Monacensis abbas, et Archiepiscopus Panormitanus, Aragoniae regis aò 1431 ad concilium Basileense legatus, cum jus causam contra Eugenium fortissime tutatus est, diem obiit aò 1445. Vide Wharthon. ad Cavium p: 86, et Fabric: Bibl: med: & inf: Latin: T: V. pag: 134. cum Mansii additamentis.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 187

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27524

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)